SENTENTIA PROCESSVS REV. FRATRIS RODERICI DE PALAFOX.

IESV CHRISTI NOMINE INVOCATO.

NOS Doctor Franciſcus Xarque, Decanus Sanctæ Cathedralis Eccleſiæ Albarracinenſ. Officialis Eccleſiaſticus, ac in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis in prædicta Albarracinenſ. Ciuitate eius Diœceſis Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Don Hieronymi Salas Malo de Splugas, Epiſcop. Albarracinenſ. Regij Conſiliarij, &c. & vt talis Iudex Executor, & Cōmiſſarius Apoſtolicus à Sanctiſsimo Domino noſtro Alexādro Papa Septimo ad infraſcripta ſpecialiter electus, & deputatus *ad cognitionem præſentis cauſæ, & quæſtionis iam diu coram nobis vertentis* inter Reuerendum Patrem Rodericum Palafox Ordinis Beatæ Mariæ à Mercede actorem, ex parte vna, & Illuſtriſsimum, & Reuerendiſsimum Dominum Don Didacum Chueca Terulenſ. Epiſcopum *conuentum ex alia*, ſuper recuperatione annuæ penſionis tercentorum & triginta ſcutorum decem Regalium, auctoritate Apoſtolica reſeruatæ in dicti Patris Roderici fauorem, & ſublatis recurſibus ſæcularibus iurisfirmæ, & monitorij à Curia Illuſtriſsimi Domini Iuſtitiæ Aragonum ad inſtantiā dicti Illuſtriſsimi Domini Epiſcopi Don Didaci Chueca emanatis, & nobis præſentatis virtute cuiuſdam firmæ, vulgo, *enclauatoria*, nuncupatæ, in dicta Curia Illuſtriſsimi Domini Iuſtitiæ Aragonum conceſſæ, dicto Patri Roderico Palafox, in corroboratione noſtræ iuriſdictionis, vt libere valeamus in præſenti cauſa ad vlteriora procedere, abſque contrauentione alterius, ac etiam reſtituto nobis ad id proceſſu poſt notificationem dictæ firmæ, & monitorij à dicta Curia manifeſtato ad inſtantiam dicti Domini Epiſcopi Terulenſ. in vim literarū manifeſtationis ſcripturarum aliàs illi conceſſarum *habita diligenti, & matura deliberatione*, quia in Bulla Apoſtolica reſeruæ expedita à Sanctiſsimo Domino Domino noſtro Innocentio Deci-

mo

Reconoceſe Executor mixto.

Al Señor Obiſpo cō tradictor legitimo.

Es de proceſſo ordinario.

mo Pontifice maximo, septimo Kalendas Octobris, anno Incarnationis Dominicę, millesimo sexcentesimo *quadragesimo quarto*, Pontificatus sui anno primo, constat Vrbanū Octauum Sanctissimum prædecessorem suum ex gratia Regiæ Maiestatis Dñi nostri Regis Philippi Quarti Patroni Ecclesiæ Cathedralis Terulens. præstante consensu Reuerendissimo D. D. Dominico Abbad & Huerta, Episcopo electo dictæ Ecclesiæ Terulens. reseruasse dicto Patri Roderico Palafox, tunc *Clerico sæculari* pensionem anuam trium millium & tercentorum regalium monetæ huius partis super mensæ Episcopalis Terulens. fructibus, redditibus, & prouentibus annis singulis pro vna videlicet in Dñi nostri Iesu Christi, & altera medietate pensionis dictorum tria millium, & tercentorū regalium huiusmodi in Sancti Ioannis Baptistæ Natiuitate festiuitatibus integrè per soluendam auctoritate Apostolica decernentem dictum Reuerendissimū Dominicum Abbad Episcopū electum, ac successores eiusdem ad integram solutionem prædictæ pensionis esse efficaciter obligatos; volentē insuper eademque auctoritate constituētem, quod dicto Reuerendiss. D. Episcopo Dominico Abbad, & eius successoribus prædictis, qui in dictis festiuitatibus, vel saltem intra triginta dies illarum singulas immediatè sequentes dictam pensionem dictorum trium millium & tercentorum regalium dicto Patri Roderico Palafox non persoluerint cum effectu lapsis diebus eidem, vel eisdem ingressus Ecclesiæ interdictos existat, & quia etiā ex Bulla Apostolica retentionis expedita, & concessa per Sanctissimum Dom. Dom. nostrū Innocentium X. quinto Kalendas Septembris, Pontificatus sui anno septimo millesimi sexcentesimi quinquagesimi primi, Romæ apud Sanctam Mariā maiorem, constat dictum Sanctissimum Pontificem indulsisse dicto Patri Roderico de Palafox, tūc *Clerico sæculari*, vt non obstante professione quam intēdebat emittere in Sacro Mercedis Ordine dictam pensionē retinere, & exigere possit sicuti antea poterat; & quia cum ex depositione Don Petri Aramburo Presbyteri, & Domnæ Philippæ Artiaga viduæ resultet dictum Reuer. Dominicū Abbad Episcopum Terulens. soluisse octuaginta libras Dominæ Gratiæ de Vlleta, matris tutricis, & curatricis dicti Patris Roderici Palafox, tunc in minori ætate constituti, & ex depositione Licenciati Petri Curiel Presbyteri, asserentis, etiam se vidisse soluere dictæ Domnæ Gratiæ ducentas libras, hoc est duo mille regales missas à dicto Domino Episcopo Dominico Abbad in partem solutionis dictæ pensionis, & ex depositione Licenciati Ioannis Arin, Canonici Terulens. necnon Subcollectoris Reuerend. Cameræ Apostolicæ declarantis accepisse mandatum ab Illu-

Si de aqui quenta la gracia, perdiò el priuilegio executiuo ex lapsu temporis.

Pronūcia sobre la liquidacion y haze la causa apelable quādo no lo fuera.

lu-

lustrissimo Domino Iulio Rospiliosi, Nuncio Apostolico, & Legato à Latere in his Hispaniarum Regnis tempore obitus prædicti Reuerendissimi Episcopi Abbad, vt nomine dictæ Cameræ Apostolicæ solveret pensionem prædictam, ex quibus, & alijs adminiculis videtur dictum Patrem Rodericum esse in quasi possessione exigẽdi dictam pensionem, quia ad illam adquirendam non solum vnius termini solutio, sed etiam pars illius sufficiens est cũ magis attendatur causa vniuersalis adquirẽdi per quam peruenitur ad actum, quam ipse actus, & ad probandam dictã solutionem ad hunc effectum competens sit semiplena, ac debilior probatio, ita, vt per vnicum, & singularem testem adquiratur, vt pluries in Sacra Rota sancitum, quæ quidẽ quasi possessio releuat pensionariũ ab honore iustificandi, seu probandi pẽsionis conditionẽ, scilicet, *dummodo tertiam partem fructuum non excedat* in dicta Bulla contentam, & prodest, vt titularis, etiam eius successor ad dictæ pensionis solutionem compellatur, *præter quam quod conditio dummodo tertiam partem fructuum non excedat abundanter satisfacta videatur*: eo, quod quantitatis expressæ in supradicta Bulla reseruæ numerum completum duorum millium tercentorum, & sexaginta ducatorum monetæ huius partis, quæ terties repetitæ numerum efficiunt obtingentorum octuagintæ & octo super septuaginta & septem millium regalium, & ex confessione, & relatione facta Sacræ Regiæ Maiestati à Reuerendissimo Episcopo Don Didaco Chueca per epistolam die vigesimo nono Iulij, anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi primi, resultat impositas pensiones super Episcopalem mensam Terulens. eo tempore quo ipse fuit prouisus implere numerum, seu illum efficere duorum millium supra viginti sexcentarum ac triginta regalium, etiam inclusa pẽsione Iosephi Pastor, scilicet, millium regalium quæ quidem imposita fuit dicto Reuerendissimo Episcopo Don Dominico Abbad, quando hæc supradicti Patris Roderici Palafox reseruata pensio ex Regio fauore, cæteris tunc impositis præferenda, & etiam, ac habita numerum implet viginti quinque millium nonagintorum & triginta regalium, & hic numerus, etiã tertius sumptus septuaginta & septem millia septingẽtos & nonaginta regales efficiunt, & etiam quod valor dicti Episcopatus quando Dominus Episcopus Dominicus Abbad prouisus in Sacro, Regio, & Supremo Aragonum Senatu decem millium ducatorum pretio æstimabatur, vt ea testimonio dicti Sacri Supremi Consilij instante dicto Patre Roderico exposito comperitur, ex quibus colligitur omnes præfatas, seu impositas pensiones non solum non excedere, verum, nec longe attingere tertiam partem fructuum, redditûum, & pro-

Nada de esto pone en quasi possession de cobrar.

Confiessa la gracia condicional.

Vease si motiua cõ expression super liquidatione.

pronentuum valoris dicti Episcopatus, *ac etiam ex plurimo rum testium depositionibus patet dictum valorem ad ctum pro pe millia regalium secundum communem æstimationem ascen dere, & consequenter prædictam pensionem intra tertiam partem fructuum locum non habere.* Et quia dictus Reuerẽ. Episcopus Didacus Chueca fidem non fecerit de solutione dictæ pensionis Patri Roderico Palafox, imo eam per se soluendam deneget, & appareat possessionem prædicti Episcopatus sumpsisse die nono Septemb. anni millesimi sexcentesimi quadragesimi septimi, ex quibus fluxere terdecim anni, qui viginti & sex pensionis terminos componunt, & numerum efficiunt nonagentorum supra quadraginta & duo millia regalium, quapropter in his *scriptis pro tribunali sedendo*, loco, & hora assignatis auctoritate Apostolica fungimur in hac parte *pronuntiamus, & declaramus per nostram diffinitiuam sententiam* prædictum Reuerendiss. Episcopum D. Didacum Chueca Turulẽs. princip. Didaci Sepulbeda Procur. dicto Patre Roderico Palafox actore, & principali Ioannis Monterde & Antillon Procuratoris debuisse soluere quantitatem nonagentorum supra quadraginta & duo millia regalium monetæ huius partis procedentium ex terminis dictarum pẽsionum decursis, & esse *debitorem morosum, & contumacem, eumque incidisse in pœnam interdicti ingressus Ecclesiæ in dicta Bulla reseruæ Apostolica contentam, & impositam* quamquam, etiam in expensis quarum taxationem nobis reseruamus, condemnamus reseruato iure dicto Patri Palafox petẽdi terminum, vel terminos decursos, si forte à die gratiæ, vsque ad diem possessionis principalis dicti Domini Episcopi fuerunt debiti. Attent. conc. cum sic modo præmisso, &c. seu eo meliori, &c. non nos astringentes, &c. cætera supplicata denegando, &c. Et ita sententiamus, &c.

No ay q̃ desear para processo ordinario, cõ estas palabras.

Si aora verifica la gracia, dõde estauan la mora, y contumacia?

Doctor Franciscus Xarque Decanus, & Officialis Ecclesiasticus, V.G. & Iudex Executor Apostolicus.